Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



omnes ciuitates eius erunt in so
litudines sempiternas. Auditum au
dium a domino. Et legatus ad gentes
missus est. Congregamini et venite
contra eam. Et assurgamus in prelium. Ecce
te enim paruulum in gentibus dedi te.
contemptibilem inter homines. Ar
rogantia tua deceptit te. Et superbia cor
dis tui. qui habitas in cauernis petre.
Et apprehendere uertis altitudinem collis.
Cum exaltatus fuerit aquila uidum
tuum: inde detraham te dicit dominus.
Et erit edomea deserta. Omnis qui
transibit per eam: obstupebit et sibilab
tur super omnes plagas eius. Sicut su
uersa est sodoma et gomorra. Et non
ne eius ait dominus: non habitabit
ibi uir. Et non inhabitet eam filius ho
minis. Ecce ut leo ascendet de sup
bia iordanis ad pulchritudinem
robustam. quia subito currere eum
faciam ad illam. Et quis est electus
quem proponam ei. Quis est similis
mei. Et quis sustinebit me. Et qus
est pastor iste qui resistat uultu
meo. Propterea audite consilium domi
ni super edom. Et cogitationes eius
quas cogitauit de habitatoribus the
man. Si non deceperint eos paruuli
gregis. nisi dissipauerint eum eis habita
cula eorum. Quoniam eorum commota
est terra. clamor in mari audi
tus est uocis eius. Ecce ut aquila
ascendet. et volabit. et expandet alas
suas super bosram. Erit cor fortium
edomitarum in die illa.
ut cor mulieris parientis. Confusa
est emath. et arphat. quia audiuerunt
pessimum audierunt. turbati sunt
in mari. sollicitudine quiescere non
potuit. dissoluta est damascus. uisa
in fugam. tremor apprehendit eam:
angustie et dolores tenuerunt eam
ut parientem. Quomodo derelinquit
ciuitatem laudabilem urbem leti
tie. Ideo cadent iuuenes eius in pla
teis eius. et omnes uiri pugne conti
escent in die illa dicit dominus
exercituum. Et succendam ignem in
muro damasci. et devorabit menia
benedad. Ad cedar et ad regna asor.
que percussit nabuchodonosor rex babylo
nis. Hec dicit dominus. Surgite
ascendite ad cedar. et vastate filios
orientis. tabernacula eorum et greges
eorum capient. pelles eorum et omnia va
sa eorum. et camelos eorum tollent sibi.
et vocabunt super eos formidinem
in circuitu. Fugite. abite uehementer.
in uoragines sedete qui habitatis
asor. dicit dominus. Iniit enim
contra uos rex babylonis consilium.
et cogitauit aduersum uos cogitatio
nes. Surgite et ascendite ad gentem
quietam. habitantem confidenter ait
dominus. Non ostia nec uectes ei.
soli habitant. Et erunt cameli eorum
in direptionem. et multitudo iumen
torum in predam. et dispergam eos in om
nem ventum. qui sunt in comam. et ex omni conuio eorum adducam in
interitum super eos ait dominus. Et erit
asor in habitaculum draconum desola
tus in eternum. Non manebit ibi
uir. nec inquilinus eam filius hominis.
Omnis helam. Hoc fuit uerbum
domini ad ieremiam prophetam ad
uisus helam. in principio regni se
dechie regis iuda dicens. Hec dicit
dominus exercituum. Ecce ego con
fringam arcum helam. summam
fortitudinem eorum. et inducam super
helam quattuor uentos. a quatuor
plagis celi. et ventilabo eos in omnis

Varonsi